DE

# CIRRHO AC TUBERCULO SESE INVICEM EXCLUDENTIBUS.

---

## DISSERTATIO

INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XIII. M. JULII A. MDCCCXLIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

**OSCAR PRIEGER**

RHENANUS.

---

**OPPONENTIBUS:**

H. REINKE, med. et chir. Dr.

A. KIRCHNER, med. et chir. Dr.

G. GUENTHER, med. et chir. Cand.

---

**BEROLINI,**

TYPIS NIETACKIANIS.

PATRI

OPTIMO, DILECTISSIMO

ET

FRATRI CARISSIMO

FERDINANDO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTO

Nostrae aetati servatae sunt observationes, ıinam morbi alios in eodem organismo esse ve- ınt: si quidem febrem intermittentem et ıberculosin excipere volumus, quos morbos )c facere neminem pristinis jam temporibus gere potuisse pro certo habemus, quum sit ·s perquam elucida atque eminens. Hodie au- ·m praecipue celeberrimus **Schoenlein** prae- ·ctionibus ab se habitis hanc rem excellentis- me docuit, novisque exemplis atque observa- onibus illustravit. Neque omittamus mentionem ·cere **Rokitansky**, cui in nosocomio Vien- ensi optime copia fuit data observationes in- ·ituendi de morbis alios excludentibus, prae- ertim sectionibus ad hanc rem comprobandam ıctis. Nonnulla exempla hoc loco commemo-

rare volumus. Schoenlein de typho petechiali morbisque nervorum disseruit: nervorum enim morbis qui laborent, rarissime typhi petechialis contagio affici; quod quidem si accedat, statim nervorum morbos ad finem perduci, sive tantum, donec laborent typho petechiali, sive sic, ut omnino nervorum morbo liberentur. Idem fieri observationes quoque esse factas de typho petechiali atque de morbis syphiliticis. Exorto scilicet typho dyscrasiam extingui syphiliticam, aut organa hoc morbo affecta gangraena accedente organismo amoveri. Quae quum sint minoris momenti, alia etiam exempla afferri posse. Epidemiam typhosam enim exortam tantum in alios morbos valere, verbi gratia in omnia exanthemata acuta, variolam, scarlatinam etc., ut statim auferantur. Parique modo scarlatinosa epidemia in regione quadam saeviente febres typhosas minime adesse. Quae res quanti sit momenti ad medicinam publicam, valde respiciendum esse censemus. Dum autem Schoen-

ein de morbis, quos supra commemoravimus, ese invicem excludentibus disseruit, Rokiansky (1) typhum et febrem puerperaem idem facere demonstravit. Typho deinde t tuberculosi rarissime eodem tempore alinem laborare posse statuit. Huc accedat obervatio illa ab Rokitansky facta, tubercula niliaria, quibus cujus pulmones laborent, typho ccedente celerrime emolliri; contra processum yphosum in membrana intestinorum mucosa proibitum pulmones tuberculis impletos aggredi. Quod idem se animadvertisse Schoenlein contendit, illos dicens, qui phthisi pulmonum aborent, accedente typho celerius ad finem erduci lethalem, etiamsi typhus stadia omnia lli propria non percurrat. Combinatio porro uberculoseos et dysenteriae rarissima, nec non tuberculoseos aneurysmatisque cujus rei causa in eo posita videtur, quod dyscrasia, ut ita dicam, aneurysmatica si-

(1) Rokitansky in den Oesterr. med. Jahrbüchern. Bd. XVII.

millima est dyscrasiae scirrhosae. Etenim si cogitamus, quam difficilis sit deletu diathesis aneurysmatica, et si habitum aegroti aneurysmate laborantis respicimus viresque ejus valde debilitatas (etsi aneurysma aliis causis in hominibus constitutionis eximie differentis provocari negare non possumus): tum perfecto dyscrasiam scirrhosam eandem esse atque aneurysmaticam declarare non amplius possumus dubitare, praesertim quum tot tantosque auctores idem dicere intelligamus.

Praeterea Rokitansky cystarum formationem et simplicium et compositarum prohibere docuit, quo minus tuberculosi non solum idem organum corripiatur, sed totus etiam organismus. Alius alium deinde morbum excipere posse demonstrat nonnisi deletum. Quae res maximi est momenti ad certàmina acerrima ad finem perducenda, quae excellentissimi hujus aetatis pathologi inter se gerunt: eo enim, quod supra diximus, optime demonstratum videtur, nullo modo tuberculum formari posse ex hyda-

tide. Cystarum formatio una cum dyscrasia scirrhosa non solum in eodem organismo inveniri potest, sed etiam in eodem organo. Unde optime de similitudine dyscrasiae scirrhosae cystarumque serosarum concludi posse videtur.

His expositis, ut rem omnino exhauriamus, nomina tantum referamus morborum, qui alius alium in eodem excludant organismo: tuberculosin et hypertrophiam cordis, tuberculosin et curvaturas columnae vertebralis, tuberculosin et morbos chronicos ventriculi, curvaturas columnae vertebralis et scirrhum genitalium.

Nihil igitur amplius restat, nisi ut scirrhum tuberculosinque, de quibus accuratius mihi est disserendum, tractemus, talem quidem rationem sequentes, ut primum physiologiam, aetiologiam utriusque morbi comparemus; deinde perscrutemur, quae organa aggrediantur, qua in vitae aetate maxime saeviant: quo facto potestatas nobis data videtur declarandi, tuberculosin et scirrhosin non solum in eodem organo, sed

etiam in eodem organismo nullo pacto inveniri posse.

Brevi tantum abhinc temporis spatio Ill. Joh. Mueller (1) in egregio libro scirrho, quacunque forma oculis nostris se praebeat, semper vasa nec non cellulas quasi fundamenta inesse excellentissime nos edocuit; cellulas autem esse nutrientes vario modo, sanis telis insitas, quae quidem natura loca, ut ita dicam, minoris resistentiae constituerit. Jam nihil proprii vasis inest, dum exoriantur; in stadio autem dehiscentiae varicosa facta crebra, sinuosa in mediam partem aegrotam ingrediuntur, qua ratione in cutis praesertim carcinomate proprium illum praebent adspectum, unde nomen est exortum cancri et, venia sit verbo vernaculo, Krebs. Quae quum semper, ut supra jam diximus, principium constituunt scirrhi, alia insuper inveniendi occasio nobis data est fibras, grana, corpuscula

---

(1) Ueber den feineren Bau und die Formen der krankhaften Geschwülste, mit Abbildungen Fol. 1ste Lieferung. Berlin 1838.

caudata sive fusiformia, quae quidem valere ad morbum nihil certi habemus. Praeterea quum auctore Mueller nihil aliud reperiri persuasum habemus, attamen haec principia processus scirrhosi semper adesse, pro certo habemus, quacunque cuilibet organa scirrhus. Quo momento adjuti microscopio adhibito tumorem statim post exstirpationem, qualis sit, summa cum auctoritate declarare possumus; contra anteaquam Ill. Mueller haec nobis tradidit, tempore tantum adjuti de tumoris natura judicare potuimus, num sit malignus necne. Qua res quidem maximi est ponderis medico practico, rarissime autem, donec tumor inhaereat homini vivo, cognoscendi naturam mali copia nobis data est.

Sed transeamus ad tuberculi describendam naturam. Pathologica anatomia perspectum habemus, cellulosum cystoblastema tuberculo deesse neque aliud quidquam praeberi nisi massam amorpham (1) quibus vasa inesse experimentis

---

(1) Conf. Gruby. Observ. microscop. ad Morphol. pathol. Aindob. p. 27. et h. gg.

probare nemini contigit. Qua de re nonnulla disseramus. Si quidem nonnulli viri doctissimi tuberculis vasa inesse contenderunt error hic esse judicandus videtur. Vasis enim novis nullo modo tubercula instructa sunt, quum vasa, quae quidem in illis inveneris, massa tuberculosa circumdata lumen suum proprium non amiserint (1). Jam eorum opinionem enarrare non supersedeamus, qui tuberculum exoriens volunt esse hydatidem, quam sententiam multi novissimis temporibus sècuti sunt: ecquis vero hydatidem in tuberculum transire posse ratione nobis sufficiente demonstravit? Hanc opinionem optime refellere possumus, si tuberculum atque hydatidem nunquam in eodem homine inveniri auctore Rokitansky certissimum pronuntiamus, qua de re supra jam verba fecimus. Invenimus sane

---

(1) Rokitansky pathol. Anatomie Bd. III.

Sebastian in v. d. Hoeven et Vriese Fijdschrift voor natuurlijke Geschiedenis 1835 H. 3.

R. Carsvell, Illustrat of the elemen. forms of diseases. Fascic. I. Lond. 1833.

A. Rochon in Journ. hébdomad. 1835.

iterdum velamenta membranacea massarum tuerculosarum, quae quidem non sunt primaria sed ecundaria. Quorum origo haec est. Tuberculum in organa premens circumjacentia, eaque rritans hyperaemiam affert, nec non inflammaone exoriente infiltrationem serosam vel sanuinolentam, unde exsudatum existit pseudoembranosum, quod post longius temporis spaum velamentorum membranaceorum praebet adpectum: factum rarissimum quidem neque ullius omenti, quod attinet tuberculi structuram. Aliud berculum autem inveneris alio in organo moificatum praeterea et urgentibus partibus cirumdatis et vario initii modo et massis liquidis m breviore tum majore spatio formam accidentibus rigidam (1): liquidum scilicet in orgas serosis, cylindricum sive racemosum in cellis bronchialibus, radicis formam offerens in heate, rotundum prementibus undique eadem ehementia massis ipsum includentibus, exempli

(1) Lobstein, pathol. Anatomie I. p. 326.

gratia in pulmonibus interdum atque in cerebro infiltrationis speciem postremo invenimus, si massae organismo alienae in tela cellulosa interstitiali per longius temporis spatium liquida servarunt formam.

Aliam autem naturam inesse materiei scirrhosae et oculo nostro et usu nisi microscop persuasum habemus. Dum enim tuberculum o gano circumdato essentialiter, ut ajunt, est modificatur, materies scirrhosa minime ex organo dependet, cui inhaeret, neque ullo modo modificatur essentialiter; itaque naturam propriam nunquam non servat. Non inepte de processu physiologico illo disseramus, quem secundum omn organa existere videmus. In embryo enim natura moleculam materiei organicae inserit tel cellulosae correspondenti, exempli gratia laryng quae quidem secundum leges naturae sens sensimque in substantiam glandulae mutatur th reoideae. Quem processum via pathologica eu dem esse in scirrho quis negaverit?

Prima etenim materiei scirrhosae molecu

quovis organo insita cellulas format, quae
nsim matrices cellulae factae novas propagant
llulas (1), in quibus iterum paullo post idem
lest processus. Quibus rebus optime demon-
ratum esse nobis videtur, scirrhosam quidem
ssam esse omnino organicam, tuberculo au-
n ne hilum quidem inesse structurae organi-
e, quare nullo modo teli natura ei attribuenda
t. Sententia huc accedat, quam Laenec tulit,
berculum inter telas numerans fortuitas. Mole-
lae enim tuberculi paullatim majores fiunt
xtapositione, quare inter corpora anorganicae
ucturae numerandum esse illud censemus,
um scirrhus intus suscipiens fit major.

Jam si via chemica materiem tuberculosam
rscrutamur, nihil certi nobis offertur nam sem-
r aliam in alio invenimus, quae res summis
ctoritatibus inter se valde dissentientibus
regie comprobatur (2). Id tamen constat,

(1) Lobstein, pathol. Anatomie I., 403.
(2) Preuss, Tuberculor. pulmonis crudor. analysis
mica. Diss. Berolin. 1835.

tuberculum maxima albuminis quantitate ess praeditum, in stadio autem lithiaseos salibus in structum. Scirrhi vero principium via analyti corpus esse albumini simile, coquendo mini solubile, Mueller aperuit, collam autem, qu haud raro invenimus in massis scirrhosis, no nisi telae cellulosae adscribendum esse. S si his rationibus de differentia inter tubercu atque scirrhum intercedente judicare voluer minime tamen erit ullius momenti, ut certi qui piam statui possit. —

Est vero momenti multo majoris quod at net ad differentiam tuberculi atque scirrhi, scalam, ut ita dicam, respicimus secundum qu uterque morbus existat in variis telis et org nis. Quamvis enim in parenchymatis omni organorum, in omnibus ferme membranis tub culum et scirrhus possit reperiri, utraque tan

---

Lombard, essai sur les tubercules. Paris 1
G. W. Scharlau, die rationelle Heilung Lungenknoten. Berlin 1839.
J. F. Simon, pathol. Chemie. Berlin.

yscrasia alia in alio organo praecipue inveniri
olet. Tuberculosin enim saepissime pulmones
fficere sat multis exemplis exploratum habemus;
m glandulas bronchiales et mesenteriales, jam
erebrum, deinde membranas serosas, renes, po-
remo testes, hepar (1). Valde autem differen-
m seriem nobis praebet dyscrasia scirrhosa,
mque saepissime organa glandulosa scirrho
fecta conspicimus, testes, mammas, parotides,
m cutem externam, jam telam cellulosam; se-
itur deinde ventriculus et tractus intestinorum;
irrhus autem pulmonum rarissimus; sicuti he-
tis atque glandularum mesenterialium quae or-
na saepissime tuberculosi correpta videmus.
eleberrimus Rokitansky hac scala instituta
ximo cum sale de mutua tuberculoseos et
scrasiae scirrhosae exclusione judicari posse
nsuit, quocum viro doctissimo nos quidem con-
ntimus.

Quibus rebus allatis si aetiologiam utrius-

---

(1) Conf. tabellae statisticae, quas instituerunt Bayle,
mbard, Papavoine, Louis.

que dyscrasiae respicimus, nil certi experienti docti habemus, quo explanare possimus, quomodo fiat, ut alia in alio homine existat dyscrasia. Aetiologia horum morborum in eo similis esse videtur atque consentanea, quod e tuberculosis et dyscrasia scirrhosa in talibu praesertim exoriatur hominibus, quorum vire sint exhaustae. Hic autem momentum maxima dignitatis non praetermittendum, num sint vire organi cujuslibet vel totius organismi evolution celerrime progrediente exhaustae, ratione siv morbosa sive alia — talibus sub conditionibus tu berculosin existere multis exemplis constat — an evolutione vires sint perditae, quas res scir rhi causas accusare liceat. Si igitur causs supra commemoratis, ne dicam aegroti, certe ta men proportione non usi normali ad ceteri cor poris evolutionem, idem valere non possun quod in statu normali, tuberculosis in illis or tur; idem praeterea accidere solet, postqua aliquis morbillis, scarlatina, variola, typho labo ravit, quo cutis functiones depressae sunt pu

onibus traditae, quibus rebus virium conten-
one majore tuberculosis hoc organum solet
ggredi. Quare facile patet illa praecipue or-
ana tuberculi sedes eligi (quasi loca minoris
esistentiae), quae viribus summis functionum
dhibitis, tandem valde debilitata, prostrata ja-
ent, sive evolutione praeter normam procedente,
ve morbis aliis, ut supra disseruimus.

Cui simile aliis etiam in organis statuere
ossumus. Functionibus autem organorum lae-
s vel omnino deletis, sive organis vicinis pre-
entibus sive irritamentis externis urgentibus
iave causa simili, vitalitatem inde minorem
ctam causam dyscrasiae accusamus scir-
osae.

Sicut supra scalam quasi ponendam esse
ganorum censuimus, aliam quoque scalam sta-
ere liceat, quae pertinet ad varias vitae ae-
tes. Dum enim tuberculosi in aetate juvenili
isque a primo vitae anno ad annum vicesimum
uintum) maxima hominum pars mortem obit
istissimam, scirrhus saepissime homines decre-

pitos petit, et hic iterum dicendum, quod supr
jam judicavimus, tuceroulosin in illis praecipu
organis sedem capere, quae in statu vitali
actionis majoris esse intelligimus; contra dyscra
siam scirrhosam illas corporis humani parte
invadere, quas quavis causa laesas esse scimu
Quam rem documentis demonstremus necesse. I
aetate juvenili tuberculosis organa potissimu
respirationis aggredi solet; contra infantes cere
bri maxime et glandularum mesenterialium tu
berculosi laborant, organa quae hac vitae ae
tate maxime florere physiologia edocti sum
Hoc loco aperiendum quoque nobis est, qua
sit sententia nostra de tuberculosi et scroph
losi, quem morbum auctores celeberrimos s
quentes unum eundemque esse judicamus. S
redeamus ad propositum, quibus in organis d
scrasia scirrhosa imprimis circumvagetur. S
pra jam diximus dyscrasiam hanc in illis pra
cipue organis saevire, quae aliud alio mor
affecta vitalitatis gradum necessarium amiseri
Quare mammas maxime tum affectas videmu

ıando lactis secretione vel metastasibus vel
ia laesione interrupta, vasa lactifera avia sunt
cta. Scirrhum deinde ventriculi in illis ma-
ıme deprehendimus hominibus, qui cibo vel
raeter normam irritante vel difficilio ad con-
ıquendum functione ventriculi laesa, membra-
ıs illi proprias debilitaverunt, quare in aetate
enili, apud potatores, heluones saevire solet. Jam
ıtis tum demum hac degeneratione afficitur,
ostquam loci affecti vitalitas valde depressa,
raecipue igitur quum cutis praeterlapsis morbis
ıter quos processum praesertim inflammatorium
ımerare liceat, degenerata muneribus fungi non
nplius potest.

Hoc loco, nisi temporis angustiis prohibiti
erminisque arctioribus circumscripti essemus,
ote de stadiis variis disserere possemus, de
adiis indurationis simplicis procedentis usque
d scirrhosam degenerationem, methodum quidem
equentes, qua Schoenlein et Henle recen-
ssimis temporibus elephantiaseos Graecorum
ausas in erysipelate saepius organum aliquod

afficiente semper fere positas esse compro-
barunt.

Postquam igitur de natura tuberculi atque scirrhi disseruimus, quod attinet ad formam anatomicam; postquam tuberculum massam esse anorganicam, scirrhum organicae naturae; postquam tuberculum juxtapositione, scirrhum autem intussuscipiendo crescere pronuntiavimus; postquam non modo scalam quasi statuimus, quam sequentes hi morbi non solum in variis telis atque organis existere soleant, verum etiam scalam, quae attinet ad varias vitae aetates; postquam postremo de variis utriusque dyscrasiae causis, quantum fieri potest, sententias nostras attulimus, quis jam tuberculum intima natura valde a scirrho differre negare dubitet? Quibus rebus excussis, praeterea morbis procedentibus, nec non eo, quod caput mortuum morbi utriusque nominare liceat, praetereaque eo, quod valeant ad totum organismum, optime comprobatum esse nobis videtur tuberculi atque scirrhi processum una in eodem homine exstare non

osse. Negare tamen non licet, quod docent li, qui sectionibus institutis contrarium se inenisse volunt, scilicet tuberculó in alio organo xstante aliud organum scirrho affectum fuisse. ed si hanc rem multis quidem observationibus lustratam accuratius investigamus, tuberculosin cirrho exorto aut in eodem stadio remansisse, tque antea, aut regressam, aut etiam, quod rassime quidem fieri solet, organum affectum ad atum integrum redactum esse sectionibus perasum habemus, nisi judicare liceat, residua uidem dyscrasiae tuberculosae simul cum scirio florente adfuisse, dyscrasiam autem ipsam iberculosam omnino esse extinctam scirrho exrto. Quam rem multis declarare possimus obervationibus, sed unius tantum Rokitansky ientionem facere nobis placet, dicentis: scirrum saepissime in hominibus saevire, qui nullo iodo antea tuberculoseos quavis specie laboaverint; saepe etiam scirrhum se reperisse siiul cum residuis processus tuberculosis longiore nte temporis spatio extincti, etenim tubercula

corrugata, cretacea, cicatrices tendinosas ad fuisse nobis tradit; rarissima autem esse exem pla, quae utramque dyscrasiam in uno homin vel etiam eodem in organo eodem tempore ex titisse ostendant. Quam rem minime contrariun probare, quia scirrhi formatio aut regredient tuberculosi existat, aut certe ita modificet tu berculosin, ut eadem maneat neque amplius or ganum consumat, cui insit. Quod eo magis fier affirmat, quo cachexia scirrhosa magis proceda de qua re Rokitansky nonnullas maximi mo menti observationes memoriae prodidit.

Ex omnibus igitur facile patet, ad gignen dam dyscrasiam scirrhosam et tuberculosan causae praedisponentes valde differant necess esse, sed qui qualisve status sanguinis sit i corpore aegroti, num rationem sequatur dyna micam, an conspici possit juvante anatomia, pr certo dicere nondum possumus neque ulla ra tione suspicari.

Nostrum denique est commemorare quo dicat Magendie in praelectionibus: nemp

ntendit in sanguine nonnullorum hominum glo-
ılos se invenisse, valde tuberculis similes, sed
ıum neque saepius neque ab ullo alio physio-
go neque in omnibus tuberculosi laborantibus
nt reperti, ne huic rei dignitatem attribuamus
imiam cauti simus. Praeterea num sint glo-
uli illi causae tuberculoseos, an procreati dy-
crasia ipsa, valde respiciendum putamus. Quod
orro attinet ad dyscrasiam scirrhosam, majoris
omenti experimenta sunt a Langenbeck ju-
iore instituta, qui massam carcinomatosam ex
ominibus aegrotis sumptam venis animalium in-
ecit, itaque in horum pulmonibus pseudoplas-
ıata omnibus sub conditionibus procreant. Quare
i materiei scirrhosae mollecula in sanguinem
ıtraverit, totum organismum dyscrasiae subje-
tum iri pro certo habere possumus; nostris
utem relictum est temporibus, ut sanguinem per-
crutemur, num sit moleculis scirrhosis impletus
n hominibus dyscrasia illa tristissima laboran-
ibus.

# VITA.

Natus sum ego Oscar Prieger, Crucena censis die quinto mensis Decembr. anno huju saeculi XX, parentibus Joan. Ehrhardt Prie ger, regi a consiliis medicis intimis, et matr Philippina e gente Akva, quos adhuc su perstites pio gratoque animo veneror. Fide sum addictus evangelicae. Primis literarum ele mentis imbutus, gymnasium Crucenacense, quo sub auspiciis Dr. Hoffmeister maxime florui per decem fere annos frequentávi. Muturitati testimonio munitus, autumno anni h. s. XXXI almam literarum universitatem Fridericam Gui- lelmam Berolinensem petii, ibique rectore magni- fico Ill. Twesten inter cives academicos re-

ptus, nec non ab Ill. Hecker, medicorum
dinis t. t. decano maxime spectabili, medicinae
udiosis adscriptus, per annum unum hisce in-
fui lectionibus.

Ill. Trendelenburg de logice, Ill. Weiss
mineralogia, Cel. Dowe de physice expe-
nentali, Ill. Kunth de botanice, Ill. Lich-
nstein de zoologia, Ill. Hecker de ency-
opaedio et methodologia artis medicae, Ill.
chlemm de osteologia, Ill. Mueller de ana-
mia corporis humani, physiologia et anato-
a comparata, qui viri Ill. mihi quoque duces
ere in arte cadavera dissecandi.

Deinde, postquam tentamen philosophicum
peravi, Bonnam petii, ubi Ill. Arndt in nu-
erum civium almae universitatis Fridericae
ilelmae Rhenanae me adscivit. Hae sunt,
as Bonnae per duo semestria frequentavi le-
ones: Ill. Naumann de pathologia generali,
pathologia et therapia speciali et de fonti-
s soteriis, Ill. Nasse de physiologia corpo-
humani nec non de therapia generali, Ill.

Wutzer de anatomia chirurgica, Ill. Alber de anatomia pathologica, Ill. Kilian de art obstetritia. Artem cadavera rite secandi m docuerunt Ill. Mayer et Ill. Weber.

Uno anno exacto Herbipolin autumno an sequentis me contuli ad almam universitate Juliam et a rectore magnifico Ill. de Link i numerum civium academicorum receptus, apu Ill. Münz, t. t. medicorum ordinis decanu spectabilem, nomen rite professus sum. Disse rentes audivi de chirurgia Ill. Textor, de pa thologia et therapia speciali Ill. Marcus, d anatomia et pathologica Ill. Muenz, de materi medica Ill. Rinecker.

Clinicis interfui exercitationibus medicis a que obstetritiis virorum Ill. Marcus et Il d'Outrepont, auscultationis et percussioni Cel. Tressler.

Tempore paschali a. h. saeculi XLII. a almam universitatem Fridericam Guilelma Berolinensem redii, et a rectore Ill. Dieteric iterum civium academicorum numero adscriptus

ud Ill. Juengken, decanum gratiosi medi-
rum ordinis spectatissimum, nomen professus
m. Per unum annum et dimidium lectionibus
terfui hisce:

De historia medicinae et pathologia historica
. Hecker, de medicina forensi et politia medica
. Wagner, de arte fascias applicandi Exp.
roschel, de chemia pathologica Exp. Simon.

Exercitationibus clinicis medicis, paediatri-
s, chirurgicis, ophthalmiatricis, obstetritiis in-
rfui virorum Ill. et Cel. Schoenlein, Ba-
z, Wolff, Romberg, Juengken, Dief-
nbach, Busch. Duces praeterea mihi fuere
operationibus in cadavere et in oculo insti-
endis Ill. Schlemm et Exp. Angelstein.

Ut rei publicae legibus satisfaciam, mu-
re chirurgi militaris voluntarii duce Exp.
tumpf, in cohorte tormentariorum per an-
m fungor.

Quos viros omnes amplissimos, optime de
e meritos, et grata semper memoria et cultu
osequar sempiterno.

Jam vero tentaminibus, tam philosophico quam medico, nec non examine rigoroso coram facultate medica rite absolutis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

---

## THESES.

1. Cancer cultro non sanatur.
2. Sedes doloris non semper sedes morbi.
3. Medico mortem accelerare non licet.
4. In curanda hydrocele incisio praeferenda est punctioni.

---

NARROW GUTTERS

(1-2 CHARACTERS
LOST ON
SEVERAL PAGES)